

S. August. in libr. contra Adimantum Manich. capit. 17. *Hac est, ait, brevissima, & apertissima differentia duorum Testamentorum, timor & amor: illud ad veterem, hoc ad novum hominem pertinet.* Quare non iam à tempore, quam ab statu & conditione distinguuntur homines veteris, ac novi Testamenti, ut qui sub novo constituti ferantur, tamen carnali timore & cupidine, pertineant ad veteris; illi vero ad novum, qui in spiritu dilectionis spiritualia, & caelestia meditantur. Vide eundem Augustinum libr. 3. contra duas Epistol. Pelagianorum capit. 4. ubi confirmat quotquot ex antiquis credentes in Mediatorem justitiae fuerunt, ad novum Testamentum pertinuisse, ac propterea dictum Apocalypf. 3. 8. *Agnum occisum ab origine mundi*, fuisseque promissionis filios, & spiritu vivificatos; nam spiritus & vita potissimus est character Testamenti novi. Vide *Sermonem* capit. 26. quæst. 4. & *Salmeronem* Prolegom. 22. ubi probant, novum Testamentum non dignitate modo, sed tempore etiam, esse veteri antiquius.

2262. Nominatur etiam sacra Scriptura *agnitio*, seu *scientia veritatis*: id est, veri Dei, veræ fidei, veræ religionis, veræ salutis, veræ virtutis, quæ via est in cælum, cognitio. Etenim cum inspiratæ litteræ Deum habeant auctorem, qui nec falli, neque fallere potest, infallibilem præ se fert veritatem, nullo tectam fuce, nullo amictam velo, nullo circumfusam falsitatis involucre, sed puram, sed tersam, ac synceram. Unde verè canebat Pfaltes Pf. 118. nu. 160. *Principium verborum tuorum veritas.* Hieronymus legit: *caput verborum tuorum.* Vel juxta Hebræum: *brevis summa.* Quasi dicat: *El principio, sensor de todos vuestros oráculos verdad: el ti-*

Verf. 33. *Legem mandavit Moyses in preceptis justitiarum, & hereditatem domui Jacob, & Israel promissiones.*

ARGUMENTUM.

*Legis antiqua, & Legislatoris Moysis commendatio.*

EX occasione veteris Testamenti memorati, nunc satis consequenter legem Moisaicam commendat, ipsumque sanctissimum legislatores Moysen, ut qui ad Dei nutum præcepta tulerit justissima, quæ sint Jacobeo populo in hereditatem; & scripta reliquerit, in quibus multæ promissiones, maxime de Christi Jesu adventu, ac generis humani redemptione continentur.

*Textus enodatus, & illustratus.*

Græca. 2263. **P** Ræjacta verba cum proximè antelapsis sic conjungunt, & efferunt Græca exemplaria nonnulla: *Hæc omnia (continet) liber fœderis Dei altissimi; lex (nimirum) quam præcepit nobis Moyses, ac debet nobis hereditatem in Synagogis Jacob.* Similiter Tigurina: *Hæc omnia ipse liber vitæ sunt, & lex; quam Moyses præcepit justissimis tult populus Jacob hereditariam unâ cum promissionibus ad Israelitas pertinentibus.* Syrus verò: *Universa hæc in libro testamenti Domini scrip-*

Tigurina. *Hæc omnia ipse liber vitæ sunt, & lex; quam Moyses præcepit justissimis tult populus Jacob hereditariam unâ cum promissionibus ad Israelitas pertinentibus.* Syrus verò: *Universa hæc in libro testamenti Domini scrip-*

Syrus.

*tulo que ponis en cabecera de todas vuestras profecias verdad; el rotulo que tiene la suma y argumento de todo vuestro libro verdad.* Quod spectat cognomen illud divini Verbi Apocalypf. 19. 11. *fidelis & verax.* Et ea inscriptio Epistolæ ad Angelum Laodiceæ Ecclesiæ capit. 3. 14. *Hæc dicit Amen.* Quod continenter interpretatur, *fidelis & verax.* Cùm ergo sacra omnis Scriptura veritate potissimum efflorescat, quâ nihil Deo ejus auctori potius & antiquius; appositæ illius cognitio, *agnitio*, seu *scientia veritatis* nominatur. Neque unius vel alterius veritatis sapientia ibi reperitur, sed omnium quæ ad rerum tum naturalium, tum supernaturalium notitiam spectant. Ut epim. S. Augustinus libr. 2. de Doctri. Christiana: *Quidquid homo extra sacram Scripturam didicerit, si noxium est, ibi damnatur; si utile, ibi invenitur. Et cum ibi quis invenerit omnia, quæ utiliter alibi didicerit, multo abundantius ibi inveniet ea, quæ nusquam alibi.* Legge Sanctum Bonavent. to. 1. Opusculorum, in 1. Opuscul. ad sacre Scripturæ libros, ubi de horum ubertate in omnes disciplinas redundante. De quo etiam copiosum locum videtur apud Mendocam nostrum tom. 1. in libr. Regum, Annotat. 2. Proœmiali sect. 2. à n. 36. & Corn. in Proœmio ad Pentateuchum.

Verum enimverò cùm præcipuum, ac ferè unicum capit. 24. quod elucidamus, argumentum extent Christus Dominus, & ejus Mater Deipara, ut ex hætenus dictis abundè claret, perinde erit dicere: *Hæc omnia Liber vitæ, & Testamentum Altissimi, & agnitio veritatis continet; ac si dicatur; nullum esse sacre Scripturæ librum, qui Jesu & Mariæ magnalia non sonet, non clamitet, non vaticinetur, non salutet.* De quo plura dedimus à num. 63.

*ta sunt; lex, quam mandavit mihi Moyses, hereditas est congregationi Jacob.* Sed retinenda, utpote ex fideliori exemplari deducta, Vulgata lectio.

Quam, Jansenium securus, ita explices: *Legem mandavit Moyses consistentem in præceptis justarum actionum, quæ vel erga Deum, vel erga proximum servandæ sunt.* Hanc, inquam, legem mandavit & hereditatem domui Jacob, & promissiones Israelis: hoc est, sic eam mandavit, ut & esset hereditas progeniei Jacob, in perpetuum possidenda ab illa; & contineret, præter præcepta, etiam promissiones Israeli factas. Fuldenfis Abbas Rabanus Maurus perplacet sic exponens: *Manifestum est, quod Dominus per Moysen legem dedit domui Jacob, hoc est, populo priori; in quo præcepta fuerunt justitiæ, scilicet, ut peccata caverent, & virtutibus sacris Deo deservirent: in hæc promissiones Dei ad Israel fuerunt; quia per adventum Salvatoris redemptio humani generis in ea prædicebatur, ut est illud Moisaicum in Deut. 18. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, &c.* Haud dissimiliter alii ex Interpretibus. Siracidis verba breviter elucidemus, prementes singula.*

2264. *Legem mandavit Moyses.* Ipse legem dedit populo, quasi divinarum Sanctorum legum, &

Lex Moisaica. & divinitatis vicarius; sed eandem legem prius ipse à Deo accepit: Deus enim proprio ore legem dictavit, propria manu scripsit, propria præsentia promulgavit, Angelorum præsidio cinctus, elementorum auxiliariis copiis stipatus, omnipotentia vires exerens, & ostentans in monte Sinai. De quo fusè Exod. 19. & sequentibus, & plura sacri Enarratores. Sibi ipsi lucem conciliat Siracides dum Moysen commendans capit. 45. 3. *Justitiam illi coram populo suo: id est, toto populo spectante dedit illi Deus justitiam, & mandata perferenda ad populum, ut Græca explicat: Mandata dedit ei ad populum suum.* Subdit vers. 6. *Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, & judicium sua Israel.* Nam Deus ipse dedit illi tabulas lapideas Decalogi, & cætera præcepta ceremonialia, judicialia, & moralia.

2265. Hæc appellantur *præcepta justitiarum*: id est, *justissima*, ut Tigurina effert, & alii explicant. Unde lex ipsa, etiam vetus, *justitiæ vel justitiarum* vocabulo solet appellari. Deuteronom. 27. 10. *Audies vocem ejus, & facies mandata atque justitias, quas ego præcipio tibi, dicebat Moyses ad omnem Israel.* Et capit. 33. 19. *sacrificia legis vocat vilissimas justitias.* Psal. 5. 9. *Domine deduc me in justitia tua.* Et Psal. 34. 28. *Lingua mea meditabitur justitiam tuam.* Adeo justa sunt Dei præcepta, ut ipsa justitia & æquitas sint. Vel *præcepta justitiarum* appellantur, quia si ex fide, & charitate adimplerentur, justificabat.

Ut enim Paulus ad Galat. 3. 13. *Qui fecerit ea, vivet in illis.* Ex Levit. 18. 5. *Custodite leges meas, atque judicium, quæ faciunt homo vivet in eis.* Unde divina præcepta Psalmodus vocat *justificationes.* Pf. 118. v. 54. Hieron. vertit *præcepta*, Augustinus *justitias.*

2266. Illa verò, & *hereditatem domui Jacob*, Interlinealis explicat: *Hereditatem promissit domui Jacob: fertile nempe illam Judææ hereditatem in hac vita, & in futura æternam Paradisi caelestis.* De qua passim in sacris litteris. Alii vocem *hereditatem* ad legem referunt continentem præcepta justitiarum. Quasi hæc essent Israelitico Populo perpetua hereditas, seu hereditario jure possidenda. Quem sensum probant Tigurina &

Syrus translationes; & illud Psal. 118. *Portio mea, seu hereditas mea, Domine, dixi custodire legem tuam.* Sic enim explicat Anonymus apud Genebrardum. *O Domine, dixi custodire legem tuam, portio mea est. Hoc mihi sumo pro mea parte patrimonio, peculio, & possessione; dum alii sibi suas opes, honores, & potentiam pro hereditate constituunt, ac habent. Et juxta hanc expositionem, sibi consonat David eodem Psalmo nu. 72. *Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.* Et ibidem num. 127. *Dilexi mandata tua super aurum, & topazion.* Agrum illum, in quo inventus thesaurus dicitur Matth. 13. 44. & quem omnibus divitiis & possessionibus temporalibus Homo ille prætulit Evangelicus, legem Domini esse Rupertus rectè arbitratur libro tertio de Victor. Verbi, capite vigesimo sexto, ut ostenderet, divinam legem hereditatem esse opulentissimam terrenis hereditatibus præferendam.*

2267. Denique statuit in Moisaica lege contineri *promissiones ad Israeliticum populum factas: & Israel promissiones.* Tum illæ, quæ ad temporalia, tum quæ ad spiritualia hujus & æternæ vitæ bona spectant: de quibus plura in Pentateucho Moyses, id est, legis libro. In quo illæ potissimum promissiones resplendent, quæ Christum de Matre Virgine Maria nasciturum respiciunt. Ex multis nonnullas indicabo. Genes. tertio, v. decimo quinto, *ipsa (Hebraicè ipse) conerit caput tuum.* De Christo & Deipara perspicuum vaticinium est, ut fusè supra effecimus. Et capite vigesimo secundo, v. decimo octavo, promittitur Abrahamo: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Paulus explicat ad Galat. tertio, v. decimo quinto, *Abramæ dicitur sunt promissiones, & semini ejus: non dicitur, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus.* Celebris est propheta de Christo Gen. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est.* Ex Hebræo vertas: *donec veniat Messias: vel cum Leone Castrio: donec veniat promissum donum, illi nempe scepro Judææ.* Et in libro Numerorum capite vigesimo quarto, v. decimo sexto, *Orietur stella ex Jacob, & consurget Virga de Israel.* Præcipuus sensus ad litteram de Christo est.

Gen. 3. 15. *ipsa (Hebraicè ipse) conerit caput tuum.* De Christo & Deipara perspicuum vaticinium est, ut fusè supra effecimus. Et capite vigesimo secundo, v. decimo octavo, promittitur Abrahamo: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Paulus explicat ad Galat. tertio, v. decimo quinto, *Abramæ dicitur sunt promissiones, & semini ejus: non dicitur, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus.* Celebris est propheta de Christo Gen. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est.* Ex Hebræo vertas: *donec veniat Messias: vel cum Leone Castrio: donec veniat promissum donum, illi nempe scepro Judææ.* Et in libro Numerorum capite vigesimo quarto, v. decimo sexto, *Orietur stella ex Jacob, & consurget Virga de Israel.* Præcipuus sensus ad litteram de Christo est.

Gen. 22. 18. *Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus.* Celebris est propheta de Christo Gen. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est.* Ex Hebræo vertas: *donec veniat Messias: vel cum Leone Castrio: donec veniat promissum donum, illi nempe scepro Judææ.* Et in libro Numerorum capite vigesimo quarto, v. decimo sexto, *Orietur stella ex Jacob, & consurget Virga de Israel.* Præcipuus sensus ad litteram de Christo est.

